VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

cris in fera. Induerunt quoque rex assyriorum ezechie
regi iuda trecenta talenta argenti. & xxx.
talenta auri. Deditque ezechias omne argen-
tum quod reperiri potuerat in domo domini & in thesauris
regis. In tempore illo confregit ezechias uasa
templi domini & lamminas quas ipse fixerat. & dedit
eas regi assyriorum. Misitque autem rex assyriorum
tharthan. & rapsaris. & rapsacen de lachis
ad regem ezechiam cum manu ualida iherusalem.
Quicum ascendissent uenerunt iherusalem. &
steterunt iuxta aquaeductum piscinae superioris
quae est in uia agri fullonis. uocauerunt que regem.
Egressus autem ad eos eliacim filius helchiae p
positus domus. & sobna scriba. & ioae filius asaph
commentarius. Dixitque ad eos rapsaces. Lo
quemini ezechiae haec dicit rex magnus rex
assyriorum. Quae est ista fiducia qua niteris.
Forsitan inquis consilium ut praeparares te ad
pugnam. In quo confidis. ut audeas rebellare.
Ecce confidis baculo harundineo arido. cui si ac
to egypti. Si quis innixus fuerit homo.
eminuet in dextera manum eius & perforabit
eam. Sic est pharao rex egypti omnibus qui con
fidunt ei. Quod si dixeritis mihi in domino deo
nostro habemus fiduciam. nonne iste est cuius abstu
lit ezechias excelsa & altaria. & praecepit
iudae & iherusalem dicens. ante altare hoc ado
rabitis in iherusalem. Nunc igitur tradite ad dominum meum
regem assyriorum. & dabo uobis duo milia
equorum. & uidete an habere possitis ascen
sores eis. Et quomodo potestis resistere ani uni
us satrapae de seruis domini mei minimis. An
fiduciam habetis in egypto. propter currus
& equites. Numquid sine domini uoluntate ascen
di ad locum istum. ut demoliretur eum. Dominus di
xit mihi. Ascende ad terram istam. & demoliere
eam. Dixerunt autem eliachim filius helchiae &
sobna. & ioae rapsaci. Precamur ut loquaris
nobis seruis tuis syriace. siquidem intelligimus
hanc linguam. & non loquaris nobis iudaice au
diente populo qui est super murum. Respondit que
eis rapsaces. dicens. Numquid ad dominum tuum &
ad te misit me dominus meus ut loquerer ser-
mones hos. & non ad uiros qui sedent super murum
ut comedant stercora sua & bibant urinam
suam uobiscum. Stetit itaque rapsaces. & clamauit
uoce magna iudaice. & ait. audite uerba regis
magni. regis assyriorum. Haec dicit rex. Non uos sedu
cat ezechias. nec ueniet potestatem eruere uos de ma
nu mea. neque fiduciam uobis tribuat super dominum. dicens.
Eruens liberabit nos dominus. & non tradet ciuitatem hanc
in manu regis assyriorum. Nolite audire ezechiam.
haec enim dicit rex assyriorum. Facite mecum quod uobis
est utile. & egredimini ad me. & comedet unusquisque
de uinea sua & de ficu sua & bibetis aquas de
cisternis uestris. donec ueniam & transferam uos in terram
quae similis terae uestrae. in terram fructiferam & fer
tilem uini. terram panis. & uinearum. terram oliuae
& olei. ac mellis. & uiuetis & non moriemini.
Nolite audire ezechiam. quod uos decipit dicens.
Dominus liberabit nos. Numquid liberauerunt dii gentium
terram suam de manu regis assyriorum. Ubi est deus
emath. & arphath. Ubi est sepharuaim. ana.
& aua. Numquid liberauerunt samariam de manu
mea. Quinam illi sunt in uniuersis diis terarum qui eruerunt
regionem suam de manu mea. ut possit eruere dominus
iherusalem de manu mea. Tacuit itaque. ppls. & non re
spondit ei quicquam. Siquidem praeceptum regis accepe
rant. ut non responderent ei. Venitque eliachim
filius helchiae praepositus domus. & sobna scriba. & ioae
filius asaph commentarius ad ezechiam scissis uestibus.
& nunciauerunt ei uerba rapsacis. Quae cum audis-
set rex ezechias scidit uestimenta sua. & operuis
set saccho. Ingressusque est domum domini. & misit eliachim
praepositum domus. & sobnam scribam. & senes de sacer
dotibus operuos saccis ad ysaiam prophetam filium
amos. Qui dixerunt. Haec dicit ezechias. Dies iniqui
tatis. & tribulationis. & blasphemiae dies
iste. Venerunt filii usque ad partum. & uires non habet
parturiens. Si forte audiat dominus deus tuus uni
uersa uerba rabsacis. quem misit rex assyriorum dominus
suus. ut exprobraret deo uiuenti. & arguerit
uerbis. quae audiuit dominus deus tuus. & fac oratione
pro reliquiis quae reperiuntur. Venerunt igitur serui regis ezechiae
ad ysaiam. Dixitque eis ysaias. Haec dicetis
domino uestro. Haec dicit dominus. Noli timere a facie

Capitulum xix